IOHANNES CHRYSOSTOMUS
12. Jh. Seite 40r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tendit deinde quia firme nos oportet expectare & huic
rei fide ex scripturis facit. Sed animaduerte. obscurius enim quo
dam hunc locum locutus est. & est difficilis ad intelligendum.
Merito oportet nos breuiter omne argumentum uos docere. & tunc
ad textum recurrere. Tunc iam me opus non habebitis. si aplicam
intentionem didiceritis. De spe illi erat sermo. quia oportet
sperare que futura sunt. & quia omnibus modis erit eis qui hic la
borauerunt aliqua merces & fructus & requies. Hoc igitur ex
propheta comprobat. Et quid dixit. qua propter sicut dicit spiritus sanctus. ho
die si uocem eius audieritis. ne obduretis corda uestra sicut in a
maritudine iuxta diem temptationis in deserto. ubi temptaue
runt me patres uestri probauerunt & uiderunt opera mea. quadra
ginta annis. ideo iratus sum generationi huic & dixi semper er
rant corde. ipsi autem non cognouerunt uias meas sicut iu
raui in ira mea si introibunt in requiem meam. Tres requi
es dicit esse. unam sabbati qua deus requieuit ab operibus suis. se
cundam in palestina in qua ingressi iudei requieturi erant
ex miseria multa. & laboribus. terciam que reuera est requi
es. hoc est regnum celorum. ad quam quos peruenire contigerit. reuera
requiescunt a laboribus & difficultatibus suis. Hoc triumphum igitur hic
mentionem facit. Cur autem de una disputans triumphum mentio
nem facit. Ut ostendat propheta de hoc dicere. De prima enim
inquit non dixit. quomodo namque ut potest que oli facta sit. Sed neque
de ea que in palestina fuit. quomodo namque non introibunt in re
quiem meam. Restat igitur terciam hanc esse reliquam. Ueruntamen ne
cessarium est. & iam hystoriam replicare. ut manifestior fiat